ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: HRABANUS MAURUS. TURGOTUS DUNELMENSIS. PS. ORIGENES. HERIGERUS LOBIENSIS. RATRAMNUS CORBIENSIS. IOHANNES CASSIANUS

12. Jh. Seite 25r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36524
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



25 99

potestatem ut panem panem & uinum in sui corporis carnem
& proprii cruoris unda spiritali commutet ipse quoq. tunc
manna de celo datum corpus suum & aqua de petra profusam
proprio sanguine inuisibiliter operatus est. Quod intelle
gens dauid. in spiritu sancto protestatur et. Panem inquit angelorum man
ducauit homo. Ridiculum namq. est opinari. quod manna
corporeis patribus datum celestem pascat exercitum. aut tali
uescantur edulio. qui diuini uerbi saginantur epulis.
Ostendit ergo psalmista. magis spe sese loquens in psal
mista. quid patres nostri in illo manna celesti perceperint.
. quod fideles in mysterio corporis xpi credere debeant. In
utroq. ergo xpc innuit. Qui & credentium animas pascit
& angelorum cibus existit. Verumtamen hoc non corporeo gustu
nec corporali sagina. sed spiritalis uerbi ut ait. lc euan
gelista narrantes cognouimus quod dns ihc xpc priusquam
pateretur. accepto pane gratias egit. et dedit discipulis su
is dicens. Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. hoc facite
in mea commemorationem. Similiter & calice postquam cena
uit dicens. hic est calix nouum testamentum in sanguine me
o. qui pro uobis fundetur. Videmus nondum passum esse xpm etiam
tamen sui corporis & sanguinis mysterium operatum fu
isse. Non enim putamus ullum fidelium dubitare panem illum
fuisse xpi corpus effectum. quod discipulis donat dicens. hoc
est corpus meum quod pro uobis datur. Sed neq. calicem dubitare
sanguinem xpi continere. deq. idem ait hic est calix nouum
testamentum in sanguine meo. qui pro uobis fundetur. Sic
paulo ante quam pateretur. panis substantiam & uinum crea
turam conuertere potuit in proprium corpus quod passurum
erat & in suum sanguinem qui post fundendus erat. sic etiam
in deserto manna & aquam de petra in suam carnem & san
guinem conuertere potuit quamuis longe post & caro
illius in cruce pro nobis pendenda & sanguis eius in ablucio
nem [illegible] nam fundendus superabat. qui hic etiam consider
[illegible]scabula rare debemus. quae ad modum accipiendum sit
[illegible]pti simili quod ipse dicit. Nisi manducaueritis car
[illegible]icem pasch nec filium hominis. & eius sanguinem biberitis
[illegible]s annos non habebitis uitam in uobis. Non enim